163

1511.

# Sigismundus I. Rex Poloniæ,
# Canonicis Varmiensibus.

Venerabiles devoti nobis dilecti.

Adeptus est Canonicatum Ecclesiæ Vestræ Varmiensis Venerabilis Joannes Benedicti Phisicus noster, et vadit istuc ad possessionem ejus capiendam, quem vobis uti Servum Nostrum bene meritum commendamus, et postulamus à Vobis, ut in cum ejus Servitio continuè indigemus, indulgeatis illi in gratiam Nostram hos triginta dies, quibus tenetur quisque a principio susceptionis suæ apud ipsam Ecclesiam Vestram residere. Deinde etiam hunc favorem illi ad triennium exhibeatis in solvendis annis triginta florenis, quam Venerabili Plotowski Prepositovestro ad intercessionem Nostram exhibuistis. Facietis nobis rem non mediocriter gratam, quam vobis vicissim, gratia et beneficentia Nostra regia volumus referre. Datum Etc.